# Castellanus Præmisliensis

quietat Dunikowski

33 Comparens personaliter coram officio et Actis prudentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Magnificus Stanislaus Drohoiowski a Drohoiow Castellanus Præmisliensis a Pallatinatibus Terris Districtibus Juribusque suis quibusvis proprijs ac foro competenti recedendo Juris vero prudenti Castrensi Præmisliensi Jurisdictioni se cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad Jus actum attinet incorporando et subjiciendo sanus mens et corpore exeunte pacem palam ac perexpressum recognovit, Quia a Generoso Matheo Dunikowski de Orzek summam Trium Millium florenorum pecunie monete et numeri polonici debiti certi ipsi per eundem actis prudentibus Castrensibus Præmisliensibus pro festo Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime nunc venturum solvi inscripsit ac in bonis ipsius Dunikowski Jurisdictionis et obligatoriis omnibus assecuratus totaliter et in effectu recepit ac manualiter levavit Ratione cuius receptionis et levationis summe eundem Generosum Matheum Dunikowski quietat liberumque ac immunem cum ipsius successoribus perpetuis temporibus facit et pronunciat. Inscriptionemque ipsam Castrensem Præmisliensem super prætactam summam servientem cum omnibus eiusdem conditionibus punctis clausulis et articulis cassat annihilat mortificat obliterat perpetue et in eum sibi et successoribus suis ratione premissorum omnium perpetuum imponendo silentium hac sua prudenti recognitione mediante Quod mihi firmatum est.

# Idem tenetur Eidem

33 Comparens personaliter coram officio et Actis prudentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Magnificus Stanislaus Drohoiowski a Drohoiow Castellanus Præmisliensis a Pallatinatibus Terris Districtibus



Juribusque suis quibusvis proprijs ac foro competenti recedendo Juris vero prudenti Castrensi Præmisliensi Jurisdictioni se cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum et effectum prudentis Jurisdictionis attinet incorporando et subjiciendo sanus mens et corpore exeunte pacem palam ac perexpressum recognovit Quia Generoso Matheo Dunikowski de Orzek et eius legitimis successoribus summam Mille florenorum pecunie monete et numeri polonici singulos florenos triginta grossos polonicos computando certi veri liquidi mutui ac essentialis debiti tenetur et est debitus Quam quidem summam se cum successoribus in et super bonis suis omnibus inscribit et obligat Eidem Matheo Dunikowski aut eius posteris Jure pro die festi Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime et immediate in anno Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Secundo venturum in Castro Præmisliensi circa acta prudentia Castrensia Præmisliensia totaliter et in effectu dare solvere reponere relinquere non ex fidenibere aut quovismodo arestare Casu vero quod si prefatus Magnificus Castellanus Præmisliensis cum successoribus suis summam prefatam Mille florenorum pecunie monete polonici Eidem Matheo Dunikowski aut eius posteritati non solverit Ex tunc se cum successoribus in bonis suis omnibus Eidem Dunikowski et eius posteris in crastino eiusdem diei solutioni assignat vel tunc dum per Ministerium Pallatinatus Russiae Generalem quemcumque ab officio presenti iam ad id additum capietur dare et libere admittere realem intromissionem cum actuali ac pacifica possessione in bona sua vigore totum et integram villam Zabloyce in Districtu prudenti consistentem sub vadio Mille florenorum pecunie monete polonici Dataque eidem reali intromissione cum actuali et pacifica possessione per ipsum Matheum Dunikowski et eius successores bona prefata omnia cum omni iure dominio et proprietate omnibusque eorundem bonorum attinentiis et pertinentiis